

ŠKOFIJSKI LIST

88.

De usu linguae vulgaris in sacramento Baptismi conferendo.

Sedes Apostolica votis Episcopatus austriaci quoad usum linguae vernaculae in conferendo baptismo obsecundavit. Documenta huc spectantia sic sonant:

Beatissime Pater!

Libello supplici diei 16. Augusti 1907 qua conventus Archiepiscoporum et Episcoporum Austriae a. 1906. Vindobonae habiti eorumque nomine praeter alia a S. Congregatione S. Officii petii, ut in ritu baptismi perficiendo liceat, quae dialogi naturam habent, non quidem latina lingua dicere, sed vernacula, quando patrini latinam non callent, petitionemque hanc gravibus, ut conventui videbatur, argumentis fulcivi. Sacra vero Congregatio die 20. Julii 1908. respondendum nobis censuit: „Non expedire, et detur decretum S. Congregationis S. Officii de feria IV., 17. Augusti 1892 et Episcopi curent, ut eorum sacerdotes in conferendo baptisinate illud observent“.

Iam quum decretum hoc, etsi cura adhibita haud exigua, in Actis S. Sedis neque a. 1892 neque annorum insequentium inveniri potuisset, via privata, ex archivio S. Congregationis S. Officii mihi relatus eius tenor ita: „Interrogationes, Pater et Credo latine recitanda esse, sed repeti posse lingua vernacula“. Ex quo tenore patet, non agi in eo de responsionibus, quae etiam ad naturam dialogi pertinent, Episcopos ergo supplices porro quoque incertos haerere, quoad responsiones, utrum eas a patrinis lingua vernacula dicere sufficiat, an eorum responsionibus vernaculis praemittenda sit a sacerdote baptismi ministro responsio latina.

Adest quidem responsum S. Congregationis Rituum diei 5. Martii 1904, in Utinensi, quo ad dubium, an adhiberi possit idioma vernaculum in administratione baptismi, respondetur: „Affirmative quoad quaestiones et responsa patrini et matrinae“, additur vero: „si eadem a parochoprius sermone latino recitantur“. Ita autem fit, ut sacerdos baptizans mox gerat personam pa-

rochi, mox personam infantis baptizandi seu aliis verbis personam mox ministri mox subjecti sacramenti, quod haud convenire videtur. Res alio modo se haberet, si S. Congregatio S. Officii sufficientem vel licitum vel saltem tolerabilem declarare dignaretur modum, ex quo patrini tantum responderent lingua sua vernacula. Est nempe analogia quaedam inter contractum baptismalem ecclesiam inter et infantem baptizandum et contractum matrimonialem inter sponsum et sponsam, in quo altero ineundo ipsum Rituale Romanum tit. VII cap. 2. num. 1. praescribit: „Parochus.... virum et mulierem.... de consensu in matrimonium interroget, utrumque singillatim in hunc modum vulgari sermone“.

Neque hoc silentio praeterire licet in omnibus fere Austriae dioecesibus, exceptis nempe parochiis vel ex integro vel ex parte italicis, jam a longo tempore invaluisse usum faciendi interrogationes et responsa in baptismi sacramento conferendo lingua tantum vernacula, omissis latinis. Fit autem in visitationibus aliisque occasionibus, ut praesenti Episcopo neonati infantes offerantur baptizandi. Quum Episcoporum praeter ceteris sit observare ecclesiae praecepta, obligatum se sentit Episcopus in tali casu duplicare interrogationes (lingua latina et vulgari) et responsioni patrinorum vulgari suam praemittere latinam. Ita autem admirationem excitat obstetricum, patrinorum aliorumque laicorum et indignationem movet sacerdotum praesentium, qui se eius baptizandi ratione injuste reprehensos reputant; si autem sacerdotibus latinis interrogationes et responsiones negligentibus sese accomodat, vulnus infligit conscientiae suae et disciplinae ecclesiasticae.

Quibus omnibus iterum iterumque perpensis nomine confratrum meorum in munere episcopali S. Congregationem S. Officii enixe instanterque denuo rogare praesumo, quatenus in baptismo conferendo, si non comprobare, saltem tolerare placeat in Austria usum inveteratum,

interrogandi nempe ac respondendi lingua vernacula, quin interrogationes ac responsa prius lingua latina recitentur a sacerdote baptismi ministro.

Sanctitatis Vestrae

humillimus ac obedientissimus servus verus

Antonius Jos. **Cardinalis Gruscha**,

Archiepiscopus Viennen.

Viennae, die 29. Januarii 1910.

Tandem sub 7. Julii 1910 obtentum, quod tam diu et tam enixe desideratum est, literis sequentibus:

Suprema S. Congregatio
Sancti Officii.

Romae 7. Julii 1910.

Illme ac Revme Domine.

Per literas die 29. Januarii 1910. Supremae huic Congregationi nomine etiam ceterorum Austriae Ordinariorum datas, Emus ac Rmus Viennensis Archiepiscopus petit, ut in baptismi ad-

ministracione toleretur usus in Austria inveteratus, interrogandi nempe et respondendi lingua vernacula, quin interrogationes nempe et responsa prius lingua latina recitentur a sacerdote baptismatis ministro.

Precibus inspectis atque attente perpensis Emmi ac Rmi DD. Cardinales Universales Inquisitores in generali consessu habito feria III loco IVae die 28. Junii 1910. respondendum mandarunt: Attentis expositis tolerari posse in Austria, ut in administracione baptismatis, ubi inveterata consuetudo viget, interrogationes fiant tantummodo lingua vulgari seu vernacula. Quoad responsa vero patrini vel matrinae non teneri parochos ea prius sermone latino recitare. Quae dum Amplitudini Tuae significo, fausta cuncta atque felicia Tibi adprecor.

Amplitudini Tuae

Addictissimus in Dno famulus

M. Card. Rampolla.

89.

Decretum de Religiosis, servitio militari adstrictis.

(Cf. Acta Apost. Sed. vol. III. pg. 37 ss.)

Inter reliquas difficultates, quibus premitur Ecclesia Christi nostris temporibus, ea quoque recensenda lex est, qua ad militiam adiguntur etiam iuvenes, qui in religiosis Familiis Deo famulantur.

Nemo sane non videt, quantum detrimenti ex hac infausta lege provenire possit, quum iuvenibus, tum ipsis Sodalitatibus. Dum enim militiae vacant religiosi tyrones, facile vitiis maculari possunt, quibus infecti, vel, neglectis, quae emiserant, votis, ad saecularia remigrabunt, vel quod longe peius est, religiosam repetent domum, cum periculo alios contaminandi.

Ad haec igitur praecavenda mala, Sacra Congregatio; Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, in Plenario Coetum Emorum Patrum Cardinalium, die 26 mensis Augusti 1910 ad Vaticanum coadunato, sequentia decrevit:

I. In Ordinibus Regularibus, in quibus vota solemnna emittuntur, iuvenes, quos exemptos esse certo non constet a servitio militari activo, scilicet ab eo servitio, quod ipsi primitus ad militiam vocati ad unum vel plures annos praestare debent, admitti nequeunt ad Sacros Ordines vel ad solemnem professionem, quousque non peregerint servitium militare et, hoc expleto, saltem

per annum, iuxta infra dicenda, in votis simplicibus permanserint, servato quoad Laicos decreto „Sacrosancta Dei Ecclesia“, hac eadem die edito.

II. In Institutis votorum simplicium iuvenes, de quibus in articulo praecedenti, ad vota dumtaxat temporaria admitti poterunt usque ad tempus militaris servitii: nec illis, dum militiae operam dant, professionem renovare liceat. — A militari servitio dimissi cum fuerint, professionem iterum, saltem ad annum, emittent, antequam professionis perpetuae vinculo se obstringant.

III. Caveant autem iuvenes militae servientes, ne sanctae vocationis donum amittant ac ea semper modestia et cautela conversentur, quae decet Religiosos viros. Quamobrem a locis et conventiculis suspectis abhorreant, a theatris, choreis aliisque spectaculis publicis abstineant; malorum commercium, lubricas conversationes, res a religione absonas, viros doctrinas suspectas profidentes, lectiones moribus aut fidei a S. Sedis dictatis contrarias ceteraque peccandi pericula evitent; ecclesias, sacramenta, quantum eis liceat, frequentare non omittant; circulos seu coetus catholicos ad animi recreationem et instructionem adeant.

IV. Ubi cumque eorum statio ponatur, si ibi domus suae Religionis aut Instituti habeatur, eam frequentent et sub Superioris immediata vigilantia sint. — Si vero domus praedicta non adsit, vel eam commode frequentare nequeant, sacerdotem ab Episcopo designatum adeant, eius consiliis et consuetudine utantur, ut quando eadem stationem deserere oporteat, testimonium in scriptis de observantia eorum omnium, quae in articulo praecedenti praescripta sunt, ab eodem accipere valeant. — Quodsi sacerdos ab Episcopo designatus non habeatur, ipsi sibi eligant prudentem sacerdotem, statim indicandum Superioribus suis, qui ab Ordinario de moribus, doctrina et prudentia eiusdem sibi notitias comparabunt. Praeterea, epistolarum commercium instituant ac, quantum fieri potest, sedulo persequantur cum suo respectivo Superiore aliove religioso seu sodali sui Instituti ad id designato, quem certiore faciant de suae vitae ratione et conditione, de singulis mutationibus suae stationis et praesertim illi notificent nomen et domicilium illius sacerdotis, cuius consuetudine et directione utuntur, ut supra praescriptum est.

V. Superiores Generales aut Provinciales etiam locales, iuxta uniuscuiusque Instituti morem, per se vel delegatum sodalem (qui sacerdotali ordine sit insignitus in clericalibus Institutis) de vita, moribus et conversatione alumnorum, perdurante militari servitio, inquirere omnino teneantur, opera praecipue sacerdotis vel sacerdotum, de quibus supra, per secretas epistolas, si opus sit, ut certiores fiant, an iirectam fidei et morum viam servaverint, cautelas supra praescriptas observaverint et divinae vocationi se fideles praebuerint, graviter onerata eorum conscientia.

VI. Cum a militari servitio activo definitive dimissi fuerint, recto tramite ad suas quisque religiosas domus remeare teneatur, ibique, si certo constet de eorum bona conversatione, ut in articulo praecedenti dictum est, praemissis aliquot diebus sanctae recollectionis, qui Institutis votorum simplicium addicti sunt, ad renovandam professionem temporariam admittantur; in Ordinibus vero Regularibus, inter iuniores clericos seu professos, aut saltem in domo, ubi perfecta vigeat regularis observantia, sub speciali vigilantia et directione religiosi, pietate et prudentia commendabilis, qui in Institutis clericalibus sacerdos esse debet, collocentur. In eo statu integrum tempus (quod minus anno esse non poterit iuxta dicta in articulis I et II) ad

tramitem Apostolicarum Praescriptionum et propriae Religiosae Familiae Constitutionum praemittendum votis solemnibus vel perpetuis, complere debent, ita tamen, ut computetur quidem tempus in votis simplicibus vel temporaneis transactum a prima votorum emissionem usque ad discessum a domo religiosa, servitii militaris causa; non vero quod militiae datum fuit.

VII. Eo tempore, studiis et regulari observantiae dent operam; Superiores autem immediate ac sodales iuniorum directioni praepositi eos diligentissime considerent, eorum mores, vitae fervorem, placita, doctrinas, perseverandi studium perscrutentur, ut de eis ante ultimam professionem maioribus Superioribus rationem sub fide iuramenti reddere valeant.

VIII. Si qui, perdurante militari servitio vel eo finito, antequam ad professionem solemnem aut perpetuam, admittantur dubia perseverantiae signa dederint, vel praescriptis cautelis militiae tempore non obtemperaverint, aut a morum vel fidei puritate deflexerint, a Superiore Generali de consensu suorum Consiliariorum seu Definitorum dimittantur, eorumque vota ipso dimissionis actu soluta habeantur. — Quodsi ipsi iuvenes a votorum vinculo se relaxari desiderent aut sponte petant, facultas fit Superioribus praedictis, tanquam Apostolicae Sedis delegatis, vota solvendi, si agatur de Institutis clericalibus: si vero res sit de Institutis laicorum, vota soluta censeantur per litteras Superiorum, quibus licentia eis fit ad saeculum redeundi.

IX. Hisce praescriptis teneantur etiam ecclesiasticae Societates, quae, licet non utantur votis, neque solemnibus neque simplicibus, habent tamen simplices promissiones, quibus earum alumni ipsis Societatibus adstringuntur.

X. Si quid novi in hoc Decreto non praevium, vel si quid dubii, in ipsius intelligentia occurrerit, ad hanc S. Congregationem in singulis casibus recurratur.

Quae omnia Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, referente Subsecretario, rata habere et confirmare dignatus est, die 27 eiusdem mensis Augusti 1910. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 1 Ianuarii 1911.

Fr. J. C. Card. **Vives**,
Praefectus.

L. † S.

† **Donatus**, Archiep. Ephesinus,
Secretarius.

O varstvu cerkvenega premoženja.

C. kr. deželna vlada za Kranjsko sporoča z dopisom z dne 21. avgusta t. l., št. 21.390, semkaj doslovno:

Infolge Erlasses des k. k. Ministeriums für Kultus und Unterricht vom 22. Juli 1911, Zl. 33.071, beehrt sich die k. k. Landesregierung, im Hinblick auf die in einem konkreten Falle zu Tage getretenen, mit einer schweren materiellen Schädigung des betreffenden Institutes verbundenen Mißstände in der Vermögensgebarung einer geistlichen Anstalt, das hochwürdige fürstbischöfliche Ordinariat zu ersuchen, dafür Sorge zu Tragen, daß den Bestimmungen der §§ 38, 49 und 50 des Gesetzes vom 7. Mai 1874, R.-G.-Bl. Nr. 50, und jenen der Ministerialverordnung vom 20. Juni 1860, R.-G.-Bl. Nr. 162, künftighin genauestens Rechnung getragen werde und insbesondere die pupillarsichere Wiederanlage eingehender Kaufschillinge genauestens eingehalten werde.

Auch beehrt sich die k. k. Landesregierung, infolge des zitierten Erlasses die Bestimmungen der Erlässe des genannten Ministeriums vom 15. Oktober 1858, Zl. 1282/Pr., vom 10. Februar 1863, Zl. 1135, beziehungsweise vom 31. August 1862, Zl. 8500, betreffend die Evidenthaltung der kirchlichen Vermögensschaften, weiters die Weisungen der Hofdekrete vom 24. Dezember 1817, Zl. 30.109 (Jaksch Bd. 9, Seite 181) und vom 24. Juni 1824 (P. G. S. Bd. Nr. 77, Seite 292), betreffend die Vinkulierung der den Kirchen und Klöstern gehörigen Ob-

ligationen, endlich die Vorschriften des Erlasses des mehrgenannten Ministeriums vom 10. August 1860, Zl. 11.424, betreffend die Um- und Freischreibung derartiger vinkulierter Staatsobligationen in Erinnerung zu bringen, wobei auf die hieramtlichen Intimationsnoten vom 2. September 1860, Nr. 13.139, 5. Jänner 1863, Nr. 12.804 ex 1862, und 1. März 1863, Nr. 2485, erwiesen wird.

Vsled tega se župni uradi in samostanski predstojniki opozarjajo, da se je treba pri upravi cerkvenega in nadarbinskega, ustanovnega in svojinskega premoženja strogo držati zaukazov „Navoda k upravi cerkvenega, ustanovnega in nadarbinskega premoženja v ljubljanski škofiji“ („Anweisung zur Verwaltung des Kirchen-, Stiftungs- und Pfründen-Vermögens in der Laibacher Diözese“).

Posamič naj se pazi:

1. da bo cerkveno in nadarbinsko, ustanovno in svojinsko premoženje sirotinskovarno naloženo. Nalaga se na zemljišča (Navod, § 47—67), na obligacije (Navod § 78—90) in v sirotinskovarne hranilnice, toda v teh le do zneska 3000 kron (prej le do 500 gld. kon. velj. = 1050 K);

2. glede uporabe in obremenitve cerkvenega itd. premoženja velja § 18. „Navoda“, ki navaja določbe ministrskega odloka z dne 20. junija 1860;

3. enako datirane obligacije vsake župnije naj se strnejo v eno. (Glej Škofijski List, 1910, 40, 68, 93.)

O orgeljskem koru.

C. kr. deželna vlada za Kranjsko sporoča z dopisom z dne 7. septembra 1911, št. 20.602, semkaj doslovno:

Das k. k. Ministerium für Kultus und Unterricht hat mit dem Erlasse vom 21. Juli 1911, Zl. 31.904, nachstehendes anher eröffnet:

In einzelnen Fällen hat es sich gezeigt, daß bei Orgelauswechslungen und Orgelreparaturen auch die Konstruktion und Tragfähigkeit des Orgelchores oftmals eines besonderen Augenmerkes bedarf und daß eine verspätete Instandsetzung der Chorkonstruktion mit Schwierigkeiten und namhaften Mehrauslagen verknüpft ist.

Um nun in dieser Richtung im ganzen hiesigen Verwaltungsbereich einen einheitlichen Vorgang herzustellen, hat das k. k. Arbeitsministerium nachstehenden Vorgang vorgeschlagen, der somit in künftigen Fällen zu befolgen sein wird:

In Fällen, in denen eine bestehende Kirchenorgel durch eine neue ersetzt werden soll, ist die Chorkonstruktion gleich nach erfolgter Abtragung der alten Orgel rücksichtlich der Tragfähigkeit zu untersuchen.

Auch wenn eine bestehende Orgel behufs Reparatur auseinander genom-

men und abgetragen wird, ist die Untersuchung des Chores vorzunehmen, einerlei, ob das Orgelgewicht nach der Wiederaufstellung vergrößert wird oder unverändert bleibt.

Die Untersuchung muß eine allseitige sein und sich sowohl auf den Fußbodenbelag als auch auf sämtliche tragende Teile des Orgelchores erstrecken.

Ergibt diese Untersuchung die Notwendigkeit einer Rekonstruktion des Orgelchores, so ist mit der Wiederaufstellung der Orgel bis nach erfolgter Durchführung dieser Rekonstruktion zuzuwarten. Die Wiederaufstellung einer Orgel vor Durchführung der als notwendig erkannten

Rekonstruktion des Orgelchores kann nach Vornahme der zur Sicherung des Bestandes nötigen provisorischen Vorkehrungen nur ausnahmsweise in besonders berücksichtigenswerten Fällen zugestanden werden.

Den k. k. Bezirkshauptmannschaften wird dies mit dem Beifügen zur Kenntnis und Darnachachtung bei sich ergebendem Falle gebracht, daß hievon auch die Privat-Patrone der im dortigen Bezirke befindlichen Pfarrkirchen entsprechend zu verständigen sind.

Čč. župni uradi naj torej v vseh zgoraj navedenih slučajih obveste c. kr. okrajno glavarnstvo, da potrebno glede varnosti in trdnosti kora ukrene.

92.

Olajšava postne postave za veliko soboto v ljubljanski škofiji.

Beatissime Pater!

Episcopus Labacensis humiliter exponit:

In dioecesi Labacensi viget usus comedendi vespere Sabbati Sancti carnes benedictas nec possibile est ipsum auferre. Petit igitur a S. V. dispensationem super legem abstinentiae dicta die.

Ex audientia SS.mi die 31. aug. 1911.

SS. D. N. audita relatione infrascripti Card. S. C. Concilii Praefecti benigne annuit pro gratia ad decennium.

C. Card. Gennari, m. p.,
Praefectus.

93.

Šolski molitvenik.

„Molitvenik za šolsko mladino“ je izdala letos Mohorjeva družba ter ga je uvrstila med letošnji knjižni dar. — Ker drobna knjižica ne ustreza ne v jezikovnem oziru, še manj pa po vsebini svojemu namenu, naznanja knezoškofijski ordinariat, da velja za ljudske šole v

ljubljski škofiji prejkoslej „Šolski molitvenik“ po katekizmu in obrednih knjigah. Spisal dr. Gregorij Pečjak, gimnazijski katehet v Ljubljani“ kot cerkveno odobrena ter za splošno uporabo pri pouku v šoli in pri skupni molitvi v cerkvi predpisana molitvena knjižica.

94.

Škofijski List.

V novejšem času izide vsako leto toliko odlokov cerkvenih in svetnih oblasti, da bi vsak dušni pastir zaostal, ko bi se s temi odloki ne seznanil.

Ti odloki se objavljajo v Škofijskem Listu. Zato bi moral vsak duhovnik pazno prečitati posamezne številke tega lista. Ker pa so na Škofijski List naročeni večinoma le župni uradi,

se dogaja, da ga mnogo mlajših duhovnikov nikdar ne vidi in se torej ne more seznaniti z njegovo vsebino.

Zato zaukazujemo, da mora biti z novim letom 1912 vsak kaplan naročen na Škofijski List. Naročnina za kaplane je 3 K, za župne cerkve pa, kakor doslej, 6 K.

95.

Odpustek 50 dni v ljubljanski škofiji dovoljen za krajši pozdrav: Hvaljen Jezus. Amen.

Beatissime Pater!

Antonius Bonaventura Jeglič, Episcopus Labacensis, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, exponit quae sequuntur:

In dioecesi Labacensi, utpote finitima Croatiae, mos invaluit, quo fideles semetipsos salutant verbis ad invicem prolatis: „Laudetur Jesus. Amen“. In Croatia haec consuetudo iam diu viget. Cum vero haec brevior salutatio non gaudeat indulgentiis, sicut expressa verbis: „Laudetur Jesus Christus. Amen“, Episcopus orator humiliter petit, ut etiam haec brevior salutatio donetur

indulgentiis a Clemente XIII f. r. die 3. Sept. 1759 per Rescr. S. C. Indulg. clementer concessis, in favorem fidelium dioecesis Labacensis.

Et Deus

Die 25 Augusti 1911.

Summus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. X, per facultates R. P. D. Adessori S. Officii impertitas, benigne annuit pro gratia iuxta preces. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Aloisius Giambene, m. p.,
Subtus pro Indulgentiis.

96.

Nabirka za pogorelce v Mokronogu.

C. kr. deželno predsedništvo je z dopisom z dne 29. septembra 1911, št. 3577/pr., prijavilo semkaj naslednji poziv:

Dne 19. avgusta t. l. je nastal požar v Mokronogu, okraj Krško, ki je vpepelil 36 hiš, 45 gospodarskih poslopij ter veliko število hlevov. Poleg tega je uničil ogenj vse imetje nesrečnih prebivalcev.

Škoda se ceni na 631.000 K, zavarovalnina pa pokriva samo majhen del škode.

Od nesreče zadeti prebivalci so torej v skrajni bedi in se iz svoje moči ne morejo re-

šiti iz nje, treba jim je sedaj nujne pomoči od drugod.

Da se jim olajša beda, razpisujem s tem nabiranje milih darov po celi kronovini Kranjski.

Darila se sprejemajo pri c. kr. deželnem predsedništvu, pri mestnem magistratu v Ljubljani in pri vseh okrajnih glavarstvih; razglasila se bodo v uradnem listu „Laibacher Zeitung“ in odkazala svojemu namenu.

Čč. gg. dušnim pastirjem se vsled tega naroča, naj oklic oznanijo s prižnice, nabrane darove pa odpošljejo na označeno mesto.

97.

Slovstvo.

Gradivo za zgodovino Slovencev v srednjem veku. Zbral dr. Franc Kos, c. kr. profesor. Tretja knjiga (l. 1001—1100.). V Ljubljani, 1911. Založila in izdala „Leonova družba“ v Ljubljani. Tiskala „Katoliška tiskarna“. Str. LXXVII. + 332.

Že naslov pove, kaj knjiga vsebuje. Avtor pojasnjuje v predgovoru vsebino, pišoč doslovno: „Tu podajam Slovcem tretji zvezek Gradiva. Knjiga je urejena nekako tako, kakor sta prva in druga. Morebiti se bo kateremu zdelo, da sem se v tem zvezku preveč oziral na zgodovino oglejskih patriarhov in karantanskih vojvodov.

A reči moram, da so bili ti najmogočnejši posvetni vladarji, oni pa prvi cerkveni gospodje na takratni Slovenski zemlji. Razni velikaši med Slovenci so morali biti pokorni svojim vojvodom, jim služiti s svojimi četami ter jih spremljevati na dvor h kralju ali pa nad kakega sovražnika. Kakor so morali v novejšem času slovenski vojaki prelivati svojo kri po laških, ogrskih in bosenskih bojiščih, tako so se v enajstem stoletju takratni Slovenci večkrat bojevali pod vodstvom svojih vojvodov v tem ali onem kraju. Oglejski patriarhi pa niso bili samo cer-

kveni pastirji med našimi predniki, temuč tudi nekoliko časa mejni grofje Kranjskega, Istre in Furlanije.“

To važno poglavje naše zgodovine se temeljito popisuje v tem zvezku.

Zgodbe fare Škocijan pri Dobravi. Spisal Peter Bohinjec, župnik. Škocijan 1911. Tisk J. Krajec nasl. v Rudolfovem. Založil pisatelj. Str. 112.

Pisatelj nas seznanja z zgodbami škocijanske župnije na Dolenjskem, ki spada med najstarejše župnije na Kranjskem. Doslej je bilo še malo dolenjskih župnij popisanih n. pr.: Adlešiči, Črnomelj, Kočevje, Krško, Novo mesto, Šempeter, Šmarjeta. Sedaj je prišla na vrsto obširna župnija Škocijan pri Dobravi. Vsebina: Topografija in statistika. Zgodovina, Cerkve in kapele. Narodbine, šole in graščine. Ustanove, bratovščine in društva. Odličnejši farani. Krajevna imena. Listina iz l. 1320.

Drobtinice iz zgodovine soseske in občine „Krtina“ v dobski župniji. Zbral Leopold Podlogar, dobski kaplan. V spomin dobrotnikom novih zvonov na Krtini, ki so bili vlti začetkom leta 1911. v Dunajskem Novem mestu v tovarni tvrdke J. Hilzer in tovarišev. V Ljubljani 1911. Založilo cerkveno predstojništvo na Krtini. Tiskala „Katoliška tiskarna“. Str. 60.

Krščanski vojak. Pouk slovenskim mladencem, ki so poklicani v vojaško službo. Priredil Valentin Rozman, c. in kr. vojaški kurat. V Mariboru 1911. Tiskala in založila tiskarna sv. Cirila in Metoda. Str. 119. Cena 80 h.

Pričujoča knjižica je namenjena vojakom in obravnava naslednjo stvarino: Vojaški poklic.

Prisega. Pomen zastave. Ljubezen do domovine. Svetost kraljeve krone. Pokorščina. Izpolnjevanje dolžnosti. Tovarištvo. Bratovsko opominjevanje. Vera. Molitev. Pijančevanje. Pohotnost. Samomor. Kakor ti naslovi spričujejo, so ti nagovori naslovljeni na vojake, pa utegnejo tudi dobro služiti duhovnim pastirjem kot nagovori na mladeniče, preden odidejo k vojakom, nekateri tudi kot pouk v mladeniških društvih.

Drobtinice iz preteklosti soseske „Škocijan“ v dobski župniji. Zbral Leopold Podlogar, dobski kaplan. V spomin Škocijancem in dobrotnikom škocijanske soseskine cerkve, ki so pripomogli s svojimi darovi, da se je prenovila cerkev sv. Kancijana. V Ljubljani 1911. Založila cerkvena podružnica v Škocijanu. Tiskala „Katoliška tiskarna“. Str. 91.

Povijest turopoljskih župa. Napisao Janko Barle. Zagreb. Tisak Antuna Scholza, 1911. Str. 299.

Kalender für den katholischen Klerus Österreichs 1912. Redigiert von Roman Himmelsbauer. 3 K 20 h. — Ta koledar prinaša razen koledarske vsebine in pregleda vse katoliške Cerkve še razne članke: V. Goller: Grundsätze für den Neubau von Orgelwerken. — Dr. J. Stur: Die Rückwirkung der neuzeitlichen technischen Errungenschaften auf die moderne Kirchenbaupraxis. Dr. J. Sojka: Der Bestandvertrag. F. Sagmeister: Die Ergebnisse der Volkszählung, 1910. Die Theosophie, Geheimwissenschaft und katholische Kirche. Dr. Senfelder: Durch die Wüste zum Katharinenkloster. Dr. A. Friese: Die Tauf- oder Vornamen und die Matrikenführung.

Periodična poročila in izkazi za šematizem l. 1912.

P. n. častiti gospodje dušni pastirji se vabijo, da vpošljejo najpozneje do 15. novembra t. l. potom dekanijskih uradov knezoškofijski pisarni za l. 1912. običajna periodična poročila in izkaze, in sicer:

1. o številu duš v posameznih duhovnijah, po najnovejšem štetju.

2. o številu potrebnih direktorijev in šematizmov za prihodnje leto. Želeti bi bilo, da bi se več šematizmov naročilo.

3. o številu prebivalstva drugih veroizpovedi.

4. o izpremembah poštnih postaj, h katerim pripadajo posamezne duhovnije, istotako o telegrafskih postajah.

5. o predsednikih krajnih šolskih svetov in o krajnih šolskih nadzornikih, če so duhovniki.

6. o pogrških, ki so se morda urinili v zadnji šematizem, in o podatkih, ki bi izpolnili krajevni imenik.

Opomba. Najbolje je, če se v poročilih naznanijo le izpremembe. Kjer se ni nič izpremenilo, se zapiše samo, da ni bilo nikake izpremembe.

Konkurzni razpis.

Razpisujeta se župniji: Šent Vid pri Vipavi in Šturije v vipavski dekaniji.

Prosivci naj svoje prošnje naslove na kn.-šk.

ordinariat ljubljanski. — Zadnji rok za vlaganje prošenj je 2. december 1911.

Škofijska kronika.

Imenovan je bil preč. gosp. stolni kanonik dr. Jos. Gruden za konzistorialnega svetnika in škofijskega nadzornika verouka na ljubljanskih srednjih šolah (gimnazije, realka, učiteljske, licej); č. g. Franc Golob, kaplan v Dobrničah, za župnega upravitelja istotam; č. g. Gustav Koller, župnik v Podragi, za župnega soupravitelja v Šent Vidu pri Vipavi; č. g. Ivan Jovan, stolni vikar, za subsidiarja pri Sv. Petru v Ljubljani.

Umeščen je bil 29. septembra t. l. č. g. Ludovik Bajec, župnik pri Sv. Trojici pri Cirknici, na župnijo Šent Janž.

Podeljena je župnija Stari trg pri Ložu č. g. Ivanu Kromarju, župniku v Šturiji, Škocijan pri Dobravi pa č. g. Karolu Čuku, kaplanu na Jesenicah.

Premeščeni so bili čč. gg.: Ivan Štrubelj, kaplan v Velikih Laščah, za župnega upravitelja pri Sv. Trojici nad Cirknico; kaplan Anton Črnugelj iz Šent Janža v Velike Lašče; kaplan Jožef Koželj iz Kočevja v Šent Janž; kaplan

Jakob Omahna od Sv. Trojice pri Tržišču v Boštanj.

Konkurznega izpita 11. in 12. oktobra t. l. so se udeležili čč. gg.: I. skupina: Matevž Ježek, kaplan na Blokah; Janez Klemenčič, kaplan v Starem trgu pri Ložu; Janez Štrubelj, župni upravitelj pri Sv. Trojici nad Cirknico. II. skupina: Franc Sparovec, ekspozit na Vrhpolju pri Moravčah; Franc Govekar, prefekt v zavodih sv. Stanislava v Šent Vidu nad Ljubljano.

Preselili so se čč. gg. Baltazar Bartol, župnik v pokoju, iz Spodnjega Brnika v Sodražico; Juri Drnovšek, župnik v pokoju, iz Zaloge v Hrastje; Matej Jerab, župnik v pokoju, s Primskovega v Spodnji Brnik; Franc Kralj, župnik iz Dobrnič, v bolnico v Kandiji; Ivan Nemanjič, župnik, iz Šent Janža v Metliko.

Umrla sta čč. gg.: Ivan Globelnik, župnik v Šent Vidu pri Vipavi, dne 7. oktobra t. l., Franc Jarc, župnik v pokoju, v Ljubljani dne 14. oktobra t. l. — Priporočata se čč. sobratom v molitev!

Knezoškofijski ordinariat v Ljubljani, dne 2. novembra 1911.

Vsebina: 88. De usu linguae vulgaris in sacramento Baptismi conferendo. — 89. Decretum de Religiosis, servitio militari adstrictis. — 90. O varstvu cerkvenega premoženja. — 91. O orgeljskem koru. — 92. Olajšava postne postave za veliko soboto v ljubljanski škofiji. — 93. Šolski molitvenik. — 94. Škofijski List. — 95. Odpustek 50 dni v ljubljanski škofiji dovoljen za krajši pozdrav: Hvaljen Iezus. Amen. — 96. Nabirka za pogorelec v Mokronogu. — 97. Slovstvo. — 98. Periodična poročila in izkazi za šematizem l. 1912. — 99. Konkurzni razpis. — 100. Škofijska kronika.